





NOBILISSIMO ATQVE  
DOCTISSIMO  
KEYSELITZ

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
**GOTTLIEB KEYSELITZ**  
MAGISTERII HONORES

D. XX. FEBRUAR. M DCC XXI.

RITE COLLATOS

GRATULATUR

**ADRIANUS STEGERUS,**  
JUN.

---

LIPSIÆ,

LITERIS IMMANUELIS TITIL

AK



NOBILISSIME ATQVE  
DOCTISSIME

KEYSELITZ.



*Acile me tenuitatis meæ curtæq; in  
scribendo supellectilis conscientia de-  
terrere potuisset, quo minus plausi-  
bus, quibus jam undique exciperis, mea vota junge-  
rem: at eruditionis TVAE præstantia omnibus bo-  
nis comprobata, singularisque humanitas silentium  
non permittunt. Non vero diffiteri possim, me du-  
bitare, quo potissimum gratulandi genere utar. Ve-  
reor enim, ne vel tritum nimis & vulgare sit, vel ea  
contineat, quorum possessione jam beatus es. Nam*

si accuratius perpendo, sapientiam, cujus jam præmia & brabea reportas, tantum esse thesaurum, quo nec præstantiorem, nec nobiliorem terrarum orbis continet, quique suis animos divitiis ita locupletat, ut antiquorum sententia solus sapiens dives fuerit judicatus: nescio sane, quid TIBI votis a me susceptis omnandum sit, cujus fructu indigeas. Inter omnes vero constat, genuinam sapientiam sui cultores ubiq; invenire, & solidam eruditionem nunquam aliorum favore destitui. Quare supervacuum foret hujus generis bona TIBI verbosius apprecari, cum mente fontem eorum foveas. Et quamvis nemo inficias eat, interdum tam insipido hebetique inveniri ingenio homines, qui litteris pretium statuere dignum nesciunt, tamen sapienti id solatio est, quod semper animo tranquillo & sine aliorum plausu perfecte beatus esse queat. Nec ejus fursuris homines desunt, qui, cum ipsi

scientia & virtute vacui sint, illam quoque in aliis  
non nisi invidis oculis intuentur, eorumque laudes  
immimere conantur. Tantum vero abest, ut impu-  
denti illorum audacia alacriorum ingeniorum incre-  
menta impediuntur, ut potius palmarum more, quo  
fortius supprimuntur, eo magis assurgant. Ita,  
credo, ignosces mihi, si nihil præter continuum illius  
boni, quod jam possides, sapientie scilicet fructum  
TIBI voveam. Sic enim nunquam TIBI opportuna  
aliis TUA doctrina inserviendi occasio deerit: Sic  
vel aliis invidentibus eminere poteris, eosque in sa-  
pientia progressus facies, ut quilibet exemplo TVO  
proficere possit. Ego vero uti in lætitiæ societatem  
venio, ita ut perennis TIBI sapientiæ fructus sit,  
ex animo precor, optoque ut propediem de felicitatis  
TVAE successu TIBI gratulandi oc-  
casio subnascatur. Vale.

78 M 496

ULB Halle 3  
001 618 148



TA-506  
KOP  
D17







NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
KEYSELITZ

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

EB KEYSELITZ

ERII HONORES

FEBRUAR. M DCC XXI.

TE COLLATOS

GRATULATUR

NUS STEGERUS,

JUN.

LIPSIÆ,

IS IMMANUELIS TITIL

22,

AK

